24°

TRANSUMPTA

DECISSIONUM, ET EXECUTORIALium Sacræ Rotæ ad Favorem Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Domini Fratris Antonij à Sanjurjo & Miranda, Episcopi Astoricensis. In causa Manutentionis super Præsidentia in Capitularibus Comitijs, & facultate pulsandi Campanelam in actibus, seu functionibus Præbendarum, Magistralis, Doctoralis, Penitentiariæ, & aliarum.

R. P. D.

ANSALDO

Astoricen. Præeminentiarum.

Lunæ 2. Iunij 1704.



Ontroversiam pulsandi in Capitularibus Comitijs Campanulam, seu Tintinnabulum, revolvendique Clepsydram pulveris, sivè Horarium instrumentum, de anno 1699. subortam intèr Reverendissimum Episcopum, & Decanum Ecclesiæ Cathedralis Astoricen. Curia Nunciaturæ Hispaniarum dirempserat favore Episcopi, sed provocante Decano ad nostrum Auditorium à mandato de manutendo per eamdem Curiam relaxato, hodiè Domini Iura collitigantium denuò appendentes

censuerunt id ipsum, nempè *dandam esse manutentionem Episcopo.*

Ostitit siquidèm contrariæ prętensioni Decani generica Iuris assistentia, iuxtà quam, licèt Episcopus, aliævè Dignitates, vel Canonici vnum corpus efforment, Episcopus tamen in hoc ipso corpore, quod varia membra habet, vt dicebat *D. Paulus*, semper est Caput, vti rescripsit Sum. Pontif. *Alex. III.* Patriarchæ Hierosolymitano *in cap. Novit: de his, quæ fiunt à Prælat.*, ibi: *Tu, & Fratres tui vnicum corpus sitis, ità quod Tu Caput*: Qua proptèr cum pulsatio Tintinnabuli, & Horologij moderamen controverteretur in substantia tanquàm actus magis honorificus, & præeminentialis, non poterat præsente Episcopo vsurpari ab alijs membris inferioribus, & subalternantibus, sed ab ipso Episcopo erat explendum, aliàs fuisset monstruosum, quod membra Capiti præessent, & ob id in Hierarchica militante Ecclesia, in qua plura officia ad similitudinem triumphantis distributa sunt, Episcopus in hoc cæteros antecellit, vt sit indefinitè cunctorum moderator, ità benè commonente *D. Isidoro Episcopo Hispalensi in epistola ad Aufredum registrata in Decreto part. 1. distinct. 25. Can. 1.* vbi concludit *sub §. Ad probandum Ipse tamen* (scilicèt Episcopus) *est prꝩordinator in cunctis*, sicuti quoque augustiùs pronunciavit *Synodus Tridentina sess. 25. de Reform. cap. 6.* vbi loquens de Episcopo ait, quod penès ipsum existat *præcipua omnium rerum agendarum auctoritas*: Quod, & varia agnomina, variosque titulos præeminentiales adscribendo Episcopali Dignitati, adnotarunt *Gonçal. ad reg. 8. Canc. gloss. 42. num. 18. Azor. Instit. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 27. Vgolin. de Offic. Episc. cap. 1. num. 2. Pax Iord. var. elucub. prælud. 1. & 11. Barbos. Iur. Eccl. Vniv. lib. 1. capit. 8. & de Offic. & Potest. Episc. part. 1. tit. 1. cap. 1.*

Parùmque abscendentes à subiecta materia, Sponsa etiam Episcopi, qualis est Ecclesia Cathedralis, in hoc eodem subiecto pulsationis Campanarum in certis solemnioribus diebus, reliquas omnes inferiores antecellit, vti videmus in Sabbatho antè Pascha Dominicæ Resurrectionis, in quo festum agente de ipsa Resurrectione tota Congregatione Fidelium, honorificentia hæc pulsandi priori loco Campanam tribuitur Ecclesię Cathedrali, ex latè affirmatis per *Barbos. de Iur. Eccles. Vnivers. lib. 3. cap. 3. num. 69. & 70. & in Sum. Apostol. decis. collect. 82. num. 3. & seqq. Gavant. in Thesaur. Sacr. Rit. sivè in Comm. in rubr. Miss. Rom. part. 4. titul. 10.*

sub

sub num. 3. lit. N. Card. de Luc. de Praem. disc. 4. num. 14. & 15. Rot. decis. 665. num. 3. coràm Bichio, decis. 56. num. 27. & decis. 196. num. 20. par. 19. Recent.

Quod, & ex non dissimili identitate rationis, plerique ex supradictis ampliavere ad Ecclesiam Matricem etiam in circunstantia, qua aliqua fortassè Ecclesia Collegiata solita sit habere omnimodam pręcedentiam suprà eamdem Matricem, quemadmodùm prosequuntur *Barbos. de Iur. Eccl. Univers. lib. 3. dict. cap. 3. num. 71. & in Summ. Apostol. decis. collect. 82. num. 5. Lezzan. in Summ. quæst. Regular. tom. 2. cap. 1. num. 44.*

Sentiebant vim huius iuridicæ assistentiæ Scribentes pro Decano, sed aiebant illam applicari non posse hodiernæ hypothesi, ex quo Episcopus potiùs in hisce Capitularibus congressibus circà electionem, sivè collationem præbendarum vacantium, indueret figuram Canonici, quàm Episcopi; Quapropter uti Episcopus velut obtinens Canonicatum in eadem Cathedrali ad normam cæterorum invitetur, præbeatque votum æquo modo, quo reliqui Canonici, ac consequentèr cessaret in hoc casu quælibet irradiatio Dignitatis Episcopalis, nec posset Episcopus, excepto fortasse solo habitu, quidquam prætendere suprà Canonicos, & maximè Decani, secundum cõmunitèr asserta in hismet terminis pręcedentię cum Canonicis dignioribus, vel antiquioribus per *Gloss. in cap. A collatione in ultimo notatu vers. Nota ulteriùs, Abb. in cap. Postulasti, numer. 8. de concess. præbend. Felin. in rubr. de maior. & obedien. col. 2. in fin. Chassan. in Cathal. glor. Mundi, part. 4. considerat. 45 Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 15. num. 32. & seqq. Panimoll. decis. 1. adnot. 4. numer. 11. & 12. Rot. coràm Puteo decis. 104. num. 8. lib. 3. coràm Seraph. decis. 437. num. 4.* & non dissentit *in Hispal. Iuris præsidendi in Capitulo 2. Iulij 1700. §. Demùm coràm R. P. D. del Olmo.*

Secundariò corroborabant assumptum, ex quo contingente occasione deveniendi ad has Capitulares electiones indicebantur Edicta per Decanum, & Capitulum absque ulla mentione Episcopi; Proindèque dùm in actu præambulo nihil sibi specialitèr vindicabat Episcopus, sed tota iurisdictio repræsentabatur per Decanum, & Capitulum: Hinc si deinceps interveniebat electioni cum cæteris Canonicis, nequibat in actu consecutivo revolvere caracterem, cum idem actus consecutivus tribui deberet Decano, mandati, non Episcopo cùm alijs Canonicis exequenti ex notissi-

mis

mis iuribus, de quibus *Surd.cons.* 29. *num.* 3. *& seqq. & cons.* 225. *num.*23.*Spada cons.*2.*num.*8.*lib.*1.*Modern.Lucen. consult.* 497.*numer.*1.*Andreol.controv.*288.*sub num.*22. *Rot. coràm Carrill. decis.* 159.*num.*24. *in Recent. decis.* 124. *num.* 6. *part.* 12. *& in Romana Census* 18. *Martij* 1697.*§.Quamvis enim coràm bo.mem.Vrsino.*

Atque ex his suffocata, vel saltèm offuscata generali Iuris assistentia tertio loco constipabant ijdem Defensores, manutentionem ab eis expetitam sub inductione plurimorum Testium, quorum 32. formitèr examinati, & alij vsque ad numerum 80. metu ex communicationis lacessiti depodebant de quasi possessione Decani circà vtrumque Caput controversiæ, pulsandi Tintinnabulum, regulandique Horologium; Ideòque iuncta contraria potiùs assistentia manutentionem fore concedendam subiungebant eidem Decano, proùt illa nusquàm denegatur edocenti de sua possessione per ea, quæ ad rem ratiocinatur *Posth.de manut.observ.* 45.*num.*9.*Tondut.quæst.benefic.*61.*num.* 1. *Rot. decis.* 375. *num.* 5. *part.*18.*Rec.in Olomucen.Iurisdictionis* 19. *Ianuarij* 1693.*§. Constat namque, & seqq. &* 5. *Iunij eiusdem anni, §. Deficit namque coràm R. P. D. Muto, in Pampilonen. Præeminentiarum* 27. *Iunij* 1701.*§.Ex Testibus coràm R.P.D del Olmo & in Tarraconen. Insignium* 4.*Iulij* 1702.*§.*4.*coràm R.P.D.meo Caffarello.*

Quarto tandem superaddebant, quod nedùm favore Decani perurgebat mox insinuata quasi possessio, verùm militabat altera maior consuetudo immemorabilis, quæ non tantùm impartitur illam demonstranti titulum, vt dici consuevit, meliorem de Mundo, sed nisi destituta sit legitimitate causæ interveniendi, scilicèt tanquàm ex persona Canonici, non Episcopi, capax est subsistendi, non obstante censura Concilij in contrarium, & si abrogantis quascumque consuetudines *Gratian.discept.forens. cap.* 111.*num.* 14.*Menoch.de arbitrar.cas.*68.*num.*23.*&* 24.*Vener.in exam.Episc. lib.*4.*cap.*29.*num.*32.*Rot.coràm Put.decis.*104.*num.* 8. *lib.* 3. *& in dicta Hispalen. Iuris præsidendi in Capituli* 2. *Iulij* 1700. *dicto §. Demùm coràm R.P.D.del Olmo.*

Tantaque etiam in facto fuerat, & videbatur esse efficacia huius immemorabilis consuetudinis de anno 1641. vt Episcopus Salsedo, & de inceps 1689. Episcopus Brizuela contendentes sibi ipsis tribuere has præeminentias contradicente Capitulo, eiusdemque Capituli Iuribus, ac quasi possessione præcognitis positivè

acquie-

acquieverint, nil autem magis manutentioni famulatur, quàm petitio, sivè prætensio vnius, & contradictio alterius cum subsecuta acquiescentia prætensoris, ex deductis per *Posth. de manut. observat. 58. num. 8. Rot. coràm Buratt. decis. 604. num. 2. coràm Peutinger. decis. 277. num. 19. & seqq. & in Barchinonen. annuæ præstationis 11. Ianuarij currentis anni §. Non obstante coràm R. P. D. meo Lancetta.*

Cæterum hæc minimè apparuerunt sufficientia ad elidendam Iuris assistentiam militantem, vt suprà, pro Episcopo, procedentes etenim DD. sub eadem methodo contrariarum obiectionum, irrelevans enituit prima; Quidquid enim esset in abstracto circà præcedentiam Episcopi interessentis, vti Canonici, non vti Episcopi ad insinuata per *Card. de Luc. de praeminentijs disc. 41. numer. 3. cum pluribus seqq. & in prælaudata Hispalen. Iuris præsidendi in Capitulo 2. Iulij 1700. dicto §. Demùm coràm R. P. D. del Olmo.* Utique applicatio manifestè claudicabat in facto, non tantum quia Episcopus id circò erat Canonicus, quia Episcopus, & consequentèr non poterat adeò submitti tanquàm Canonicus, vt non deberet conservare suam præcedentiam tanquàm Episcopus, sicque ad impediendam monstruositatem, de qua suprà si membra Capiti præferrentur, non esset in hac mixtura præponenda, qualitas Episcopalis veluti excellentior ad mentem, & similitudinem *Textus in l. quæritur 14. ff. de stat. homin* de quo *Dian. Oper. Moral. tract. 8. resolut. 112. §. 1. & seqq. Zacch. quæst. Medico legal. lib. 7. titul. 1. quæst. 8. numer. 18. Sanchez de Matrim. lib. 7. disputat. 106. num. 1.*

Et ob id forsàn pleræque auctoritates, quæ in suis casibus opinatæ sunt, Episcopum interessentem vti Canonicum stare debere in loco suo Canonicali cum aliqua maiori decentia ornamentorum, & sedis, vt per *Card. de Luc. vbi suprà*, rectè introspectæ loquuntur de Episcopo alterius Ecclesiæ, aut simplicitèr titulari in partibus Infidelium, non verò de Episcopo interveniente cum suis membris, & Canonicis; Itavt si qui contrarium attentaverint, id dixerint incidentèr, & antè Concilium Tridentinum, quia semper intèr cæteroquin æquales congruit responsum *Alex. III. Tu Caput*, & Sacri Concilij Tridentini, quod cum indistinctè loquatur, indistinctè erat interpretandum, ac recipiendum, vt inquit *I. C. in l. non distinguemus, ff. de re-*

cept,

cept. arbitr. & l. Præses, ff. de Offic. Præsid. Conciol. allegat. 45. *sub num.* 35. *lib.* 1. *Modern. Argentan. collect. legal.* 42. *numer.* 95. *lib.* 2. *Modern. Lucen. consultat.* 24. *num.* 64.

Fortiùs itaquè, quia nequè congruebat in facto, vt præmisimus præsuppositio, quod Episcopus in casu nostro in rei veritate assistat vti Canonicus; quinimmò primam occupat sedem suprà Decanum, reliquosque Canonicos, & tamen iuxta sensum veterum Canonistarum, vel eos aut indigestè, aut incidentèr referentium, deberet Episcopus sedere saltèm post illum, qui præest Capitulo ad mentem *Abb. in cap. Postulasti num.* 8. *de concess. Præb. Felin. in rubr. de maiorit. & obed. col.* 2. *in fin.* Atque ità in his præcisis terminis nupèr favore Episcopi optimè respondit *Rota in præcitata Hispalen. Iuris præsidendi in Capitulo* 2. *Iul.* 1700. *§. fin. coram R. P. D. del Olmo*, vbi subdit ad hunc effectum superabundare, quod res se haberet in ambiguo, an Episcopus consideret magis vti Canonicus, vel vti Episcopus.

Profligato primo argumento, sivè obiectione, & sic firma remanente assistentia Iuris pro Episcopo, parùm opitulabatur Decano, quod eius nomine, ac Capituli affigerentur Edicta occasione vacationis Præbendarum, & Canonicatuum Conferibilium ad electionem, vel nominationem Capituli; quoniàm hæc obiectatio remanebat extrà nodum difficultatis in exercitio actuum præeminentialium, quotiès idemmet Episcopus invitatus interveniebat Capitularibus Congressibus pro ineunda eadem electione, seu nominatione, vtrùm scilicèt in hoc casu foret nèc nè in præfato exercitio actuum præeminentialium anteponendus Episcopus, vel Decanus; Undè suffecisset respondere, quod à diversis extorqueri nulla poterat legitima illatio contrà monitum *I. C. in l. Papinianus, ff. de minor.* de quo *Surd. cons.* 150. *numer.* 94. *Gratian. discept. forens.* 506. *numer.* 4. *Episcop. Rocc. select. disp. iur. cap.* 186. *num.* 15. & 16. *in addit. ad dec.* 29. *numer.* 11. *coram me, & in Illerden. Distributionum* 7. *Aprilis huius anni §. Quando verò, paritèr coram me.*

Sed, & fortassè non aberat Causa, proptèr quam mentio Episcopi fieri non deberet in his Edictis, quia cum ius eligendi, & nominandi spectaret ad Capitulum, sicuti verisimilitèr id ipsum accidebat in Diœc. Hyspalen. ius Convocandi, vel

noti-

notificandi futuram electionem, pertinere non poterat ad Episcopum, qui in ea iure proprio singulari se se immiscere nequibat, sed solum ad Capitulum, ad quod pertinebat probabilitèr in sequelam collatio, vel institutio ex connotatis per *Pignattell. consult. Canon. prima numer.* 3. *&* *seqq. tom.* 1. *Tambur. de iur. Abb. tom.* 3. *in formul. Abb. sub formul.* 100. *vers. Cum Abbates.*

Irrelevans non minùs comperta est prætensa Consuetudo, quidquid enim discurri valeret, quotiès asserta Consuetudo demonstraretur omninò pacifica, an adhuc tanquàm abusiva foret rumpenda ex præscriptione *Sac. Concil. Triden. in præcit. sess.* 25. *de Reformat. capit.* 6. quemadmodùm apposite, & punctualitèr etiàm respondit *Rot. in sæpè laudata Hispalen. Iuris præsidendi in Capitulo* 2. *Iul.* 1700. §. *Hinc propterea coram R. P. D. del Olmo, & priùs in Derthusen. Iurisdictionis* 28. *Ian.* 1697. §. *ex quibus itaque coram R. P. D. meo Pio.*

Cessabat hæsitatio, quia huiuscemodi Consuetudo nullatenùs iustificabatur: nam præcæteris vnus ex Testibus ex parte Decani inductus in ordine *il* 36. specificè totum contrarium deponit; is enim palàm profitetur vidisse Episcopum Aguado, *che presedette, è governò l' Orologio à poluere, è suonò 'l Campanello per* 3. *volte &c. & in detto atto non vidde si facesse Contradizione alcuna per parte del Decano, è Capitolo Summario Episcopi numer.* 6. *litt. C.* quamobrem hic idem testis satis esse videbatur ad offuscandam hanc Consuetudinem, vtpotè etenim inductus, & examinatus pro Decano satis in hoc proposito offuscandæ Consuetudinis valdè plenè probabat contra ipsum ex adductis per *Post. de manutent. observat.* 19. *num.* 1. *Censal. decis. Lucen.* 46. *num.* 1. *&* 2. *Rot. decis.* 812. *num.* 12. *coram Dunoz. Iun. decis.* 429. *num.* 24. *& decis.* 479. *num.* 8. *par.* 19. *recent. in Hortana Alluvionis* 18. *Iunij* 1698. §. *Cæterùm coram Reverendissimo D. meo Molines Decano, & in Tarraconen. Insignium* 11. *Decembris* 1702. §. *& fortiùs coram R. P. D. meo Muto.*

Ualidiùs verò ex quo id ipsum Communiebatur à Testibus exhibitis *in Summario Episcopi sub num.* 7. hi etenim deponunt de visu, quod signantèr Episcopo præsente, tàm pulsatio Tintinnabuli, quàm revolutio Clepsydræ expleta fuerit per Episcopum; vndè negari non poterat, quòd ad minus in conflictu

essent

essent præferendi testes deponentes pro Episcopo suffulto iuris assistentia, quàm pro Decano illa, ex præmissis, omnimodè destituto *Dec. consil.* 448. *numer.* 11. *&* 35. *Ruin. consil.* 147. *numer.* 5. *lib.* 5. *Gratian. discept. forens. cap.* 678. *num.* 5. *Card. de Luc. de decim. disc.* 13. *num.* 8. *& de iud. disc.* 32. *numer.* 74. *Rot. coram Seraph. decis.* 1135. *numer.* 4. *coram Gregor. decis.* 51. *numer.* 2. *coram Cerro dec \.* 931. *numer.* 4. *coram sa. me. Alex. VIII. decis.* 16. *num.* 20. *& in recent. decis.* 500. *num.* 4. *par.* 13. *& decis.* 224. *numer.* 5. *par.* 16.

Circà immemorabilem, quæ quarto loco superadiciebatur, parva versata est fluctuatio, dum vltrà resistentiam Concilij Tridentini abrogantis Consuetudines etiam immemorabiles, & iam stabilitam *in prædicta decis. Hispalen. coram R. P. D. del Olmo.* Utique si simplex Consuetudo ex proximè ponderatis remansit conflictata per contrariam assertionem vnius ex Testibus inductis à Decano, & per tot alios Testes allatos ab Episcopo, eo ineluctabiliùs contrita supponi merebatur longe difficilior, ac suaptè natura improbabilior immemorabilis, ad cuius interversionem, exuberat simplex etiam rumor in oppositum, provt hoc eodem argumento vsa est *Rota decis.* 396. *numer.* 17. *coram Emerix Iun. decis.* 24. *num.* 3. *& seqq. par.* 10. *decis.* 604. *numer.* 12. *par.* 19. *recent. in Illerden. Iuris mulctandi super negotio principali* 23. *Ianuar.* 1702. *§. Et extrà difficultatem coram R. P. D. meo Muto, & in dicta Illerden. distributionum* 7. *Aprilis proximè defluxi §. Addito, pariter coram me.*

Nequè fomentum sivè vna, sivè altera Consuetudo potest desumere à subsecutis de anno 1641. & 1689. dum respectu gestorum de anno 1641. nullibi Testes agunt de hodiernis præeminentijs, vt liquebat *ex Summario eiusdem Capituli numer.* 9. vbi solùm sermo habebatur de Edictis, illorumque expeditione, & assignatione punctorum pro Conclusionibus; Recentior verò Casus Episcopi Brizuela sub anno 1689. sistebat in simplici abstinentia huius Episcopi ab interventu proptèr hanc, vt ipse putabat, exorbitantem prætensionem Capituli, & idcircò implendo munus optimi Pastoris, *qui ponere debet animam suam pro ovibus suis*, laudabilitèr pro scandalis evitandis, quæ in his circunstantijs gliscere valuissent, abstinuit ab interventu, emissa tamen seria protestatione circa præmissa *Summario Episcopi numer.*

mer. 8. quæ ſanè proteſtatio, etiam vbi aliæ non adſtarent reſponſiones, pluſquàm idonea erat ad conſervandum iura Dignitatis Epiſcopalis vulgatis iuribus, de quibus *Alex. conſ.* 130. *numer.* 14. *verſ. quia reſpondeo lib.* 4. *Dec. conſ.* 460. *numer.* 10. & *ſeqq. Ridolph. in prax. iudiciar. par. prima, cap.* 2. *numer.* 180. *Rot. deciſ.* 368. *num.* 10. *par.* 19. *Recent.* Maximè dùm abſtinendo nihil geſſerat in oppoſitum, vndè poſſet hæc proteſtatio contemni, & per interventum actualem cenſeri contraria facto, quo caſu proteſtatio non attenditur *Noguerol allegat. iur.* 2. *num.* 19. *Mart. de ſucceſſ. legal. par.* 4. *quæſt.* 21. *art.* 14. *numer.* 67. *Boctilier. de ſucceſſ. abint. ſt. cap.* 2. *Theoreu.* 90. *numer.* 2. *Card. de Luc. de cred. diſc.* 67. *num.* 6. *Rot. coram Cavaler. deciſ.* 349. *num.* 3. *poſt Modern. ad Statut. Urbis deciſ.* 146. *num.* 10. *in rec. deciſ.* 53. *num.* 15. *par.* 10. *deciſ.* 172. *num.* 2. *par.* 11. & *in Romana Prælationis* 28. *Ian.* 1692. §. 3. *coràm Card. Cavallerino.*

Potiſsimè quia, quotiès etiam per hanc abſtenſionem, vel ſucceſsivum interventum ſubſecutæ electioni meritò cæteroquin conflictatum, & reiectum à Defenſoribus Epiſcopi, aliquod ſomniabile præiudicium irrogari potuiſſet ipſimet Epiſcopo, non erat idcircò aptum præiudicare ſucceſſoribus in Dignitate, quando nec ipſa Concordia præcedentium Antiſtitum circa approbationem Sedis Apoſtolicæ ſufficiens eſt ad obligandos ſucceſſores per ea, quæ in ſpecie primæ Concluſionis habentur apud *Hond. conſ.* 66. *numer.* 72. *vol.* 1. *Pignat. conſult. Canon.* 86. *numer.* 4. *tom.* 4. *Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſcopi par.* 3. *allegat.* 125. *numer.* 5. & *ſeqq. Rot. coram Dunoz. Iun. deciſ.* 536. *num.* 9. Et quoad ſecundam ſancivit Æcumænica Synodus Tridentina *in cap.* 6. *in fin. ſeſſ.* 25. *de reformat.* & fuit adnotatum *in deciſ.* 99. *numer.* 6. & *ſeqq. part.* 11. & *deciſ.* 284. *num.* 7. *par.* 14. *Recent.*

Et ita &c. vtraque &c.

ROMÆ, M. DCC. IV.

EX TYPOGRAPHIA REUERENDÆ CAMERÆ Apoſtolicæ.

SVPERIORVM PERMISSV.



R. P. D.
ANSALDO

Astoricen. Praeeminentiarum.

Super Provisione.

Lunæ 2. Junij 1704.



PENDENTE vix accerrimo conflictu super exercitio actuum præeminentialium, de quibus in altera mea contemporanea *Decisione*, præbuit contingentia, quod, stante transitu Possessoris ad aliam Dignitatem sitam in Ecclesia Oveten. vacaverit Præbenda Doctoralis Ecclesiæ Astoricen. Quapropter recrudescente quæstione, delataque provocatione Decani ad Signaturam Iustitiæ, prodijt in ea rescriptum, *Arbitrio Rotæ etiam quoad provisionem, retardato interim Concursu*, quod vtique arbitrium DD. pleno animo capescentes censuerunt ad normam aliàs in simillimo casu provisionis captæ per Reverendissimum Nuntium Hispaniarum, *Episcopum interea praeesse debere*, ac perseverare provisionalitèr in exercitio, in quo fuerat illi hodiè citra fluctuationem attributa manutentio.

Geminæ etenim observatæ sunt regulæ semitam sternentes supradictæ resolutioni; Prima nimirùm, non esse permittendùm, quod inter duos Litigantes contra vulgare dicterium Tertius pateretur, nempè quod Ecclesia Cathedralis sentiret iacturam huius vacationis circa Præbendam Doctoralem, efficacitèr exoptatam per Sacros Canones, & Concilium Tridentinum, quodque, durante contentione, sequeretur Divini Cultus imminutio, repugnante omni Iure, & ratione ex traditis per *Gloss. in capit. 1. §. Sanè verb. Augumentum de Concess. Præben. inter Extravagan. Ioan. XXII. Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæst. 6. num. 20. Barbos. Voto decis. 102. numer. 45. Rot. coram Seraphino de-*

decis.847. num.3. & generalitèr, quòd vacationes Beneficiorum existant in Iure pertæse, & odibiles *Gonçal. ad Reg. 8. Cancel. §.5. proœm. num.140. Pirr. Corrad. in prax. Benefic. lib.2. cap.12. numer.61. Rot. in Forolivien. Canonicatus Theologalis* 25. *Iunij* 1700. *§. Verùm coram Me.*

Secunda quæ quodammodò promanabat in consequentiam primæ, radicabatur in antecedenti supposito, quòd cum non esset toleranda præfata diminutio Cultus Divini, necessè erat providere omni modo saniori, & salubriori; Is autem modus erat certissimè (*cum de Extraneis à Capitulo cogitari non posset*) quod inter eosdem duos contendentes, Episcopum scilicèt, & Decanum antelationem obtineret Episcopus, pro quo iam ex assistentia Iuris, alijsque fundamentis fuerat hodiè iudicatum: Semper siquidem in dubio adhærendum est ei in hisce provisionalibus temperamentis, qui magis fundata habet Iura super re, de qua disceptatur, prout passim concedi videmus administrationem Bonorum vacantium illi, qui magis proximam, magisque certam habet Causam succedendi, vti advertit, *Argel. de legitim. contradict. quæst. 11. artic. 1. numer. 16. & seqq. Cardin. de Luca de fideicommiss. discurs. 7. numer. 4. versic. Attamen; & de success. discurs. 37. num. 3. Rota coram Cerro decis. 953. numer. 1.*

In nihilo relevante, quod dum Principalis altercatio residebat in puro Iudicio manutentionis, superfluum erat, vel etiàm absonum impartiri perviam provisionis, quod erat sequela Iudicij manutentionis, itavt aliàs provisio videretur absorbere substantiam eiusdem manutentionis consistentem in illo *hodiè mihi*; Tum quia Iudicium manutentionis patitur, quandoque suas latitudines, & ex necessaria Tribunalium degustatione protelationes indispensabiles, quando è converso Provisiones, vbi sint rationabiles, & iustæ, nullam recipere solent retardationem, dum nec de Iure ab illis admittitur Recursus Teste, *Rebuff. de sentent. Provisional. in præfat. numer. 16. Sccac. de appellat. quæst. 17. limit. 7. numer. 3. & seqq. Cardin. de Luca de Iudic. discurs. 37. numer. 6.* & dixit *Rota in Neapolitana Matrimonij super Alimentis, & sumptibus Litis* 18. *Iunij* 1703. *§. Additur verò coram Me.*

Tum etiàm quià nemini in rei veritate per has provisiones in-

infertur Iniuria, quià Iura Litigantium relinquuntur intactâ, capiturque provisio dumtaxàt, impellente rationabili necessitate, vel vtilitate; Undè non solùm Summus Pontifex adhibet hoc temperamentum, quando ex iustis Causis concedit facultatem Episcopis appræhendendi interim possessionem nomine Cameræ, sed & in consimilibus circunstantijs, ne Divinum Servitium pateretur, practicavit Rota, iniugendo, quod illius nomine hic, vel ille actus impleatur, secundum ea, quæ in proposito primæ Conclusionis habentur, apud *Gonçal. ad Regul. 8. Cancell. Gloss. 35. à numer. 101. cum pluribus seqq. Posth. de manutent. observat. 12. numer. 23. observat. 42. numer. 57. & observat. 55. numer. 15. Adden. ad Pamphil. decis. 133. numer. 8. Rot. decis. 301. numer. 2. coram Celso, & decis. 179. num. 1. par. 4. divers.* & in ordinem ad secundum actum fuit in illa *Fanen. Iurisdictionis* 21. *Iannarij currentis Anni coram R. P. D. meo Scotto.*

Et ita &c. vtraque &c.

ROMÆ, Typis Rev. Cam. Apostolicæ, M. DCC. IV.

SVPERIORVM PERMISSV.

EXE-

EXECVTORIALES SACRÆ ROTÆ IN CAVSA Manutentionis, super Præsidentia, in Capitularibus Comitijs, & Facultate pulsandi Campanellam, in actibus seu functionibus, Præbendarum, Magistralis, Doctoralis, Penitentiariæ, & aliarum.



SERENISSIMO, Potensissimo, Invictisimo, & Catholico Principi, & D.D. Philipo Quinto Hispaniarum Regi aliorum, queRegnorum, partium, & dominiorum, vestrorum, fęlicis prosperitatis augmentum, necnon Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis Nuntio Apostolico in Regnis Hispaniarum residenti, ac Episcopis Episcopatui Astoricensi Uicinioribus, eorumque in spiritualibus, & temporalibus Vicarijs, seu Officialibus Generalibus, vniversis quoque, & singulis Reverendissimis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurarijs, Ecclesiarum, tàm Cathedralium, quàm Collegiatarum, Canocis, Parrochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, & Cunctibus earundem plebanis, vice plebanis, Cappellanis, Curatis, & non Curatis, Vicarijs perpetuis, Abbatisis, ac Monasteriorum, Conventuum, & Ordinum quoruncumq̃ Generalibus, Provincialibus, Prioribus, Ministris, Guardianis, Custodibus, Fratribus, Monachis Regularibus, & Conventualibus, exemptis, & non exemptis, cæterisque Prioribus, Clericis, Notarijs, & Tabelionibus publicis, quibuscumque, in dictis Reverendissimorum Dominorum Episcoporum Provincijs, Civitatis, & Diocœsis, ac alitèr vbicumque compertis, & eorum cuilibet in Solidum, nec non Illustrisimis, & Excellentisimis Dominis Principibus, Duci-

D bus,

bus, Marchionibus, Comitibus, Militibus, Nobilibus, Armigeris, Capitanis, Exercituum, & Armorum conductoribus, Potestatibus cunctibus Prioribus, Maceseialis Domicellis, Varonibus, Castellanis, Consulibus, Proconsulibus, Iudicibus, Advocatis, ac causarum quaruncumque spiritualium, quàm temporalium terrarum, Civitatum, Oppidorum, Castrorum, Uillarum, Subcuvitorum Præconibus, & Officialibus quibuscumque, cæterisque Dominis, & Personis, iurisdictionem spiritualem, & temporalem, ac ordinariam, per se, vel alium, seu alios mediatè, vel immediatè vbicumque pro tempore exercentibus, & vbicumque compertis, & eorum cuilibet in solidum, & presertim Reverendissimis Decano, & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis existentibus, omnibusque alijs, & singulis quorum interst, inter erit, aut interesse poterit quomodolibet quibuscumque rationibus censeant, & quacumque præfulgeant Dignitate, illique, vel illis ad quem, vel ad quos præsentes nostræ litteræ pervenerint, seu præsentabuntur.

ANSALDVS DE ANSALDIS. Iustitiæ signaturæ Sanctissimi Domini nostri, ac eiusdem Sanctissimi Cappellanus, & ipsius Sacri Palatij Apostolici causarum, & Sacræ Rotæ Romanæ Auditor, & Iudex Commissarius ab eodem Sanctissimo Domino nostro Papa specialitèr, & expresse deputatus salutem in Domino, & in commissis diligentiam facere, nostrisque huiusmodi, imò veriùs Apostolicis firmitèr obedire mandatis.

Noveritis quod mota litte, & causa coram Illustrissimo, & Reverendissimo Nuntio in Regnis Hispaniarum residenti inter Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Episcopum Astoricensem ex vna: Reverendissimos Decanum, & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Astoricensis, dè, & super manutentione, præheminentiarum, rebusque alijs, Dominus Nuntius, visis iuribus, hinc inde productis, ac serio, serio, per suum decretum diffinitibum, mandavit manuteneri dictum Reverendissimum Episcopum Astoricensem in possessione, seu quasi Præheminentiarum dequibus agitur, mandatumque de manutenendo dicto Reverendissimo Episcopo concessit, à quo decreto fuit pro parte dictorum Reverendissimorum Decani, & Capituli Cathedralis Astoricensis, ad Sanctissimum Dominum nostrum Papam appellatum, & provocatum: Qui Sanctissimus causam appellationis, & provocationis huiusmodi, nobis commiti fecit vigore spe-

ſpecialis commiſsionis, ſivè ſupplicationis cedulæ nobis directæ, & præſentatæ thenoris ſequentis videlicèt.

Beatiſsimè Pater licèt devoti Decanus, Capitulum, & Canonici, Eccleſiæ Aſtoricenſis ſemper fuerint ab immemorabili tempore mediante perſona dicti illorum Decani, ſeu Præſidis in poſſeſsione præſidendi, & tenendi Clepſydiam, Atramentarium, Thecam pulverariam, & Campanellam, illamque pulſando toties, quoties congregati fuerint in caſibus, & functionibus Capitularibus, ſignareque occaſione ſuppoſitionum, in vocationibus Dignitatum, ſeu Præbendarum Magiſtralis, Doctoralis, Penitentiariæ, ac functionum aliarum, idque cum præſentia, ſcientia, & patientia Epiſcoporum, pro tempore, toties, quoties dictis actibus interfuerint, & cum Nuntius Apoſtolicus in Regnis Hiſpaniarum reſidens, ſeu illius auditor ad ſententiam, ſeu non nulla deducta, favore ANTONIJ MODERNI EPISCOPI ASTORICENSIS addiri prætendentis dictas oppoſitiones, probata eorum poſſeſsione, eis mediantibus Cenſuris de facto ſpoliare proceſsiſſet, declarando ſimilem facultatem non prædicto Decano, ſed Epiſcopo competere, mandatum de manutenendo ad eius favorem relaxando, idem omnes ad Sedem Appoſtolicam appellarunt, cauſamque eorum appellationis, certis Iudicibus illarum partium ſimplicitèr committi obtinùerunt. Qua appellatione, & inhibitione, vigore deſuper expedita, dictis Iudicibus, vel altero eorum relaxata, ſpretis, non duvitabit Auditor moderni Nuntij in dictis Regnis reſidentis ad vlteriora in cauſa procedere, & gravamen gravamini addendo omnes ad obſervationem debitam eorum lator noviſsimè attentari viſis, per aliam ſententiam diffinitivam, ſeu decretum diffinitivum compelere in maximum præiuditium eorundem; omnes qui ab vltimo decreto, ſeu ſententia, omnibuſque inde ſecutis, ad Sedem Appoſtolicam intra legitima tempora appellaverunt, itaque Sacra Rota cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum alicui, ex Sacri noſtri Palatij cauſarum Auditoribus, ſivè Coauditori cognoſcendum, decidendum committere, & mandatum cum facultate manutenendi, quem de iure, nec non citationum, inhibitionum, quas, quibus, quoties, conſtitutionibus, & ordinationibus Appoſtolicis Sacri Palatij, & Curiæ, cæteriſque Contrarijs non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, pro plebis remedio

San-

Sanctissimi Domini nostri Papæ audiat. MAGISTER ANSALDVS, citet, inhibeat, procedat, vt petitur, & iustitiam faciat. F. Columna. Registrada. Placet. Sanctissimo Domino nostro Papæ. CARDINALIS ESPADA. Cuius quidem præinsertæ commissionis vigore, actis, & processibus de partibus puris Coram nobis transportatis, & iudicitèr repetitis ad non nullos actus, & terminos iudiciales inter prædictas partes in causa, & causis huiusmodi, citra tamen illarum conclusionem debeniendo subsequens dubium in plena Rota disputandum proposuimus, quo per Reverendissimos Dominos Coauditores nostros mature discuso, & ventilato.

Affirmativè resolutum fuit dandam esse manutentionem Episcopo rationibus, & causis, in decissione per Nos desuper extensa, adductis, & expressis; qua resolutione stante Domino Ioanne, Carolum Misirolum in Romana Curia causarum, & dictorum Reverendissimorum Decani, & Capituli Ecclesiæ Cathedralis Astoricensis Procuratorem citari fecimus, & mandavimus ad videndum iuste manuteneri in possessione, seu quasi præhemimentiarum de quibus agitur ad formam decissionis desuper emanatæ, & quodcumque mandatum de manutenendo necessarium, & oportunum decerni, & relaxari ad diem infrascriptam: Qua adveniente comparuit in iudicio legitimè coram nobis per Illustriss. & admodo Excelens Dominus Franciscus Brandanus in eadem Romana Curia causarum, & dicti Reverendissimi Domini Episcopi Astoricensis personalis Procurator, & petit, & pro præmissis, institit vt suprà.

Nos ex tunc ANSALDVS DE ANSALDIS Auditor Iudexque Comissarius deputatus prædictus attendentes petitionem, & iustitiam huiusmodi fore iustam, & rationi consonam, quodque iuxta procedi non est denegandus assensus Iudice, authoritate Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, facto priùs in eodem Sacræ Rotæ auditorio, verùs, pro huiusmodi causæ expeditione, & augmentibus, nos Coauditoribus nostris, dictum Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Episcopum manutenendum fore, & esse ad formam decissionis per nos editæ in possessione, seu quasi, præsidendi in Capitularibus comitijs, Campanellam, seu Tintinnabulum rebolvendique Clepsydram, sivè horarum instrumentum, mandatumque de manutenendo desuper ne-

necessarium,& oportunum in forma solita, & consueta extra Romanam Curiam,& ad partes decernendum, & concedendum, ac relaxandum fore,& esse duximus, provt manutenuimus decernimus,& concedimus per præsentes.

Quo circa Uos Serenissimum, Potentissimum, Invictissimum,& Catholicum Regem, quem ob reverentiam Catholicæ Maiestatis cui merito deferimus, nostris Censuris ligari nolumus ad executionem præsentium nostrarum litterarum efficacitèr adimplendam,seu fieri promitentes benigne in Domino exortamur, ac rogamus: Uos alios omnes,& singulos,suprà dictos, & quemlibet vestrum in solidum thenore præsentium requirimus, & monemus, primo, secundo, & tertio, & peremptorie, vobisque, & vestrum quilibet in solidum virtute Sanctæ Obedientiæ committimus, ac sub Excommunicationis,interdicti,ingressus Ecclesiæ, & suspensi onis à Divinis (provt tangunt) respectivè pœnis, per vos in casu contraventionis incurrendis, & per Nos declarandis, quas fecimus in his scriptis præcipiendo malo quod infra sex dierum spatium provt præsentationem,& notificationem præsentium, ac requisitionem,vigore earundem vobis,seu alteri vestrum desuper factas immediatè, sequentium; quos sex dies vobis pro tempore peremptorio,& prosecutione Canonica assignamus, & decernimus, postque quoties, & quodcumque pro parte dicti Reverendissimi Domini Episcopi Astoricensis personalis super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus eundem Reverendissimum Episcopum Astoricensem, vt suprà personalem, in possessione seu quasi præsidendi in Capitularibus Comitijs, Campanellam, seu Tintinnabulum rebolvendique Clepsydram pulveris, sivè horarum instrumentum ex parte nostra, immo veriùs Appostolica authoritate,manuteneatis,conservetis,tueamini,& defendatis,provt nos manutenemus, conservamus, tuemur, & defendimus,ac manuteneri, conservari, & tueri volumus, & mandamus, super quibus omnibus vobis,& vestrum cuilibet vices nostras, plenariamque potestatem Appostolica authoritate concedimus, & in pertimur pro præsenti. Inhibemus insuper mo do,& forma præmissis sub eisdem Censuris,& pœnis Reverendissimis Decano, & Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Astoricensis, omnibusque alijs, & singulis quorum interst, intererit,aut interesse poterit quomodolibet, & in executione præsentium nominatum, & cognomina-

E tum,

tum,ne prædicto Reverendissimo Episcopo Astoricensi, vt suprà personali,quominus ipse in possessione seu quasi præsidendi,in Capitularibus Comitijs, Campanellam, seu Tintinnabulum rebolvendique Clepsydram pulveris, seu horarum instrumentum, manuteneatis,& defendatis,omniaque,& singula præmissa suum debitum sortiantur effectum,impedimentum aliquod præstiteris, & præsteterit, aut impedientibus dederis,vel dederit,auxilium, consilium,vel favorem,publicè,vel ocultè,directè, vel indirectè, quovis quesito colore, causa, vel ingenio, aut prætextu (quod si fortè præmissa omnia,& singula non adimpleveritis, mandatisque, & monitionibus nostris huiusmodi non parueritis realitèr, & cum effectu volumus dictis sententijs,& censuris servata forma Sacrosancti Concilij Tridentini) subiaceri. Absolutionem verò in præmissis nobis, vel Superiori nostro tantummodo reservamus: In quorum Fidem has præsentes fieri,& per Notarium nostrum publicum infrascriptum subscrivi, & publicari mandavimus sigillique nostri,vel alteriùs Coauditoris nostri iusimus, & fecimus impressione communiri. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, in Palatio causarum Appostolico ad Montem Quirinalem, sub anno à Nativitate Domini millessimo septingentessimo quarto,in dictione duodecima,die verò septima Mensis Jullij. Pontificatus, autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Clementis Divina Providentia Papæ Vndecimi, anno eius quarto. Præsentibus ibidem Dominis Dominis Michaele Angelo Cessarino,& Michaele Blondo, convocatis publicis testibus, ad præmissa omnia, & singula vocatis, habitis, adque rogatis. Et quia Dominus Petrus Maria Franciscconius Sacri Palatij causarum,& Sacræ Rotæ Romanæ Notarius,de præmissis rogatus fuit: Ideò ego Carolus Franciscus Franciscconius Administrator deputatus, præsens, mandati de manutenendo instrumentum subscripsi,signavi,& publicavi,requisitis infrà.

Notificacion.

EN la Ciudad de Astorga à diez y seis dias del mes de Enero de este presente año de mil setecientos y cinco, aviendo sido requerido yo el Notario con las Letras Executoriales de suso,y aceptadolas,para cumplir con su tenor,estando juntos en su Sala Capitular los señores Dean, y Cabildo de la Sancta Iglesia Cathedral de esta Ciudad, especialmente presentes Don Marcos Gonçalez Santalla, Dean. Don Luis de Soria Gallet, Maestre-

Maestre-Escuela. Don Diego de Mier, Abad de Fuençabadòn. Don Roque Matilla, Thesorero. Don Juan Simon de la Fuente, Rector de Sancta Marta. Don Alonso Gomez Buelta, Penitenciario. Don Martin de Zelayeta, Magistral de Escriptura. Don Francisco Salvadores de la Puente. Don Joseph Quixano. Don Miguel Blanco. Don Juan Martinez de la Carrera. Don Mathias Garcia del Otero. Don Andrès de Bustinça, Provisor. Don Bentura Noriega. Don Joseph Nieto, Coadjutor de Don Antonio Ossorio. Don Pedro Quantes. Don Domingo Blanco. Don Alonso Garcia. Don Domingo Bernardo de Quiròs. Y Don Diego Benero. Todos Dignidades, y Canonigos, que confessaron ser la mayor parte de las Dignidades, y Capitulares de dicho Cabildo: Prestando voz, y capcion en forma, de los ausentes, enfermos, è impedidos, que presentes no pudieron ser: Y estando assi juntos, yo el Notario les leì, y notifiquè dichas Executoriales, segun, y como en ellas se contiene, que aviendolas visto, oìdo, y entendido: Dixeron, las obedecian con el respecto debido, y en quanto à su cumplimiento, estaban promptos dàrsele, como en ellos se contiene. Esto respondieron: Y lo firmò dicho señor Dean, por sì, y por todos los demàs, como es costumbre, por oviar proligidad de firmas: Y yo el Notario en fee de ello. Don Marcos Gonçalez Santalla. Ante mi. Don Juan de Velasco.

Concuerda Con su Original Que queda En el Archivo del Illustrissimo Señor D. Fr. Antonio de San Burxo Miranda Obispo dela Ciudad, y Obispado de Astorga que fue exivido ami el notario, En testimonio delo qual di El presente En dha Ciudad a Primero de Março de mil sete.os y cinco a.

En testimonio de verdad

D. Juan de Velasco